



Universitätsbibliothek Paderborn

**Divus Sebastianus Eberspergæ Boiorum Propitius, Seu
Cultus Eiusdem Gloriosi Martyris à Prima Loci Fundatione
Ad Nostra Usque Tempora Propagatus, Et Nunc Publicæ
Luci Datus**

Widl, Adam

Monachij

Caput V. Gesta sub Udalrico I. Adalberonis I. filio, Semptensium Comitum
ordine Regiminis Quinto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37233

130 *Udalr. Com. ob sanitatem recep. in S. Gra*
justis parentalibus honorata
Udalrico successore, exspectantib
dem supremam tubam, quæ fi
ctos ex tumulis ad stricti judicis
bunal tempore suo citatura est.

CAPUT V.

GESTA SUB UDA RICO I. ADALBERONIS FILIO, SEMPTENSIMUM COMITU ORDINE REGIMINIS QUINTO.

§. I.

UDALRICI COMITI OB RESTITUTAM SANIT TEM, IN S. SEBASTIANUM G TITUDO, EIUSDEMQUE C DUCIS CARINTHIÆ SOROR MATRIMONIUM.



Umerosæ, uti dictum, po
lis Adalbero parens erat
sed Deo suas decimase
gente in pænam avaritiæ, breviter
po

gratitudo, ejusq; contract. Matrimon. 131
pore ad paucos redacta est familia.
Jacuere filij & filiaz, innocentissimi
flosculi sub mortis falce, in primo
ætatis vere succisi. Superfuit ta-
men stragi Udalricus cum duobus
fratribus Adalberone II. & Udal-
scalco unicåque Sorore Hademun-
da. Quindecim aut sedecim an-
norum erat Udalricus, cùm in pa-
ternam ditionem successit. Omnia
in ipso erant eximia, forma, statu-
ra, habitus corporis, indoles, Vir-
tus, & cetera magnorum facino-
rum luculenta præfigia.

Primum ejus ab adita Toparchia
negotium erat, prima solicitude,
quâ ratione Sospitatori suo Seba-
stiano se gratum fisteret: Memor
siquidem splendidi Miraculi nuper
secum puero perpetrati, reddere
beneficium recuperatæ Sanitatis co-
gitabat: ea námque propria inge-
nuorum Virtus est, redhibere be-
nefactori, quod acceptum est: id,
quod luculenter re ipsâ præsttit.

I 3

rata

Gratitudo
Udalrici Co-
mitis in S.
Sebastianum

132 *Udalr. Cō. ob sanit. recept. in S. Sib.*
ratā in primis habitā triginta aure
rum pensione, quam pater Adalber
voerat, imò etiam illā ipsa aucta
tributis præterea D. Sebastianop
ribus villis ac prædiis, inter qua
minatissimū etiam hodie dum
Hermanstorffium Eberspergæ vi
num, aliisque dona argentea le
cæque supellectilis liberaliter ter
plo addicta.

*Nuptia
Udalrici
cum Re
charde.*

*Hademunda
Santissimæ.*

Altera cura erat, eaque honesta
sima, ut paulò post Sponsam ad
miliæ solatum & propagatione
sibi conquereret. Obvénit ip
utique DEI dono, nobilissima &
quæ alia, religiosissima Richard
Maruardi Carinthiæ Ducis gen
na Soror, seculi sui margarita
cissim Udalricus Maruardo lo
vit Sororem suam Hademundam
raræ itidem Virtutis, ac castimoniæ
Speculum, quæ postmodum di
tincto marito, desiderio Ten
santæ invisendæ tacta spretâ do
suâ, & fluxis bonis valere jussi

pa

Discessus PP. Cä. advenit. PP. Bened. Oct. 133

pauper & inops in Palæstinam traje-
citur, ibidemque vitam sancte finiit,
Miraculis etiam, ut legitur, post
mortem illustris. De qua Heroina
vide Raderum *Bavar. sanctæ volum.*
secundo, qui Auctor, ut tempora con-
ciliat, non Marquardo I. sed Mar-
quardo II. id est, Marquardi filio
nuptam asserit Hademundam.

S. II.

DISCESSUS RR. PP. CA- NONICORUM REGULA- RIUM. RR. PP. S. BENEDICTI EBER- SPERGAM FACTA INTRODU- CTIO. UDALRICI COMITIS RE- LIGIO ET LIBERA- LITAS.

Sub hæc tempora accidit trans-
migratio PP. Canonicorum Re-
gularium S. Augustini Eberspergâ
descendentium, Udalrico Comite li-
cet multùm resistente, & planè in-
vito, qui eos & amabat unicè, &
Sanctis illorum vitæ exemplis ac la-

14 bori-

134 Discess. PP. Can. Advent. PP. Ben.
boribus delectabatur. Sæpius ja-
antehac ultrò missionem à Comi-
petérant optimi Patres: Cùm enim
numerus peregrinantum in d-
cresceret, contemplationi su-
quieti, cuius erant amantissimi, ob-
orto strepitu hominum, minùs con-
sultum credebant, rati, quemadmo-
dùm tabulæ nostræ loquuntur, mo-
liorem esse partem Magdalena-
viter ad pedes Christi sessitam
ac contemplantis, quam Martinus
circa multa solicitæ & negotio-
Impetrârunt ergo tandem abeun-
veniam, quam toties urgebant. Ab-
erunt relicto sui apud Udalricus
desiderio, posteaquam Ebersberg
ipsis septuaginta novem annis ut-
lem sane, fidelem, ac laudabilem
operam navârunt sub quatuor Pro-
positis, quorum primus fuit Hun-
fridus, alias jam à nobis laudatu-
vir, uti Annales nostri memoran-
per omnia sanctus, & abdicatâ u-
trò dignitate (cùm religiosæ umbra
qua-

quām lucis & splendoris esset aman-
tior, ac subesse, quām præesse mal-
let) exemplo pluribus antehac San-
ctis usitato, illustris. Alter erat Die-
tericus, seu Dietgerus, Tertius Me-
ginpoldus, Viri æquè probi ac reli-
giosi: Ultimus Guntherus, Præsul
multæ columbæ ac mansuetudinis,
Græcis, Latinisque literis perquām
eruditus, sacræ contemplationis stu-
diosissimus, & vitæ sanctimoniâ
spectabilis. Hic, licet ad sacrum
otium & eremum hinc discesserit,
non tamen ita prorsus Eberspergam
deseruit, ut non subinde, Dei jussu,
ex solitudine sua regressus Udalri-
cum convenerit, &, quid Deus
cum hereditate Comitis post ex-
tinctionem Semptanæ familiæ, fieri
vellet, sincerâ mente ac voce ex-
plicuerit. de quo infra recurret
mentio.

His ita se habentibus, ne Eber-
sperga Religione jam & prodigiis
vulgò celebris, sacris destituta auxi-

I s liis,

136 Discess. PP. Cā. Advēt. PP. Bened. S.
liis, ac deserta remanceret, placuit
Udalrico novam continuò præstan-
tissimorum Virorum coloniam ali-
unde adyocare, fuere illi venerabi-
les Patres S. Benedicti passim virtute
scientiâ, bono, vita, odore totâ Ger-
maniâ nominatisimi. Hi speciosi
Evangelizantium pedibus instru-
cùm jam albæ Regiones ad messen-
apparerent, venire Eberspergan.
Anno post Christum Servatorem
CCCCXC. Abbatे primo, Re-
ginboldo, Augustâ Vindelicorum ex-
inlyto Monasterio, ut modò vo-
cant, SS. Udalrici & Afræ huc ac-
cessito & delecto, qui re, ac no-
mine Magnus, cùm undecim antiquis
insigniter præfuisset, postmodum
ad Monasterii Lorishemensis Re-
gimen admotus, & demum ab Hen-
rico III. Imperatore Spirensi Infula
decoratus fuit.

Excepti sunt Religiosi hospites
ab Udalrico Comite humanissime
& actutū in antiqui templi ac Mo-

Adventus
RR. PP. Be-
nedictino-
rum Eber-
spergam.

nasterii, bonorumque possessionem, quā DD. Canonici S. Augustini nuper sponte cesserant, de voluntate Summi Pontificis Joannis XV. immissi ac introducti, Ottone II. Romanorum Imperatore, Boiorum tunc Duce Henrico II. dicit Rixolo, de qua introductione, adjectisque ab Udalrico amplissimis bonis paulo post suo loco plura.

§. III.

SIMULTATES QUORUM PRINCIPUM CUM UDALRICO COMITE DEO NON PROBATÆ ET CONCILIARI JUSSÆ. ILLUSTRE MIRACULUM EBERSPERGÆ AD RELIQUIAS S. MATERNI EPISCOPI PATRATUM. EBERSPERGENSIS ECCLESIAE CONSECRATIO DEMUM IMPETRATA.

EA est plerumque infelicitas proborum, ut, cùm ipsi pacem cum omnibus, cùm sanctam, colere fata-

138 Simultates Principū cum Udalr. Com.

fatagant , nihilominus adversari
patiantur subinde infensissimos, seu
odio Virtutis, seu inquietorum ma-
levolo ac turbulentō ingenio. Nē
que deerant Udalrico ejusmodi per-
secutores, qui virtutem ipsius affi-
ctu quodam poliebant. Causa fu-
quod tunc in partes scissi essent Prin-
cipes, quō quémque impetus, aut
sua factio, aut privata studia aga-
bant. Udalricus suā opinione z.
quiorem partem secutus stabat ab
Ottone II. Magni Ottonis filio, Ab-
rahamus Frisingensium Episcopus
Henrici Rixosi partes tuebatur. I
juncta quandoque operā & militi
Udalricum etiam hostiliter ador-
bona ejus & prædia lacessebant. An-
non impunē: prævalente námque
Ottone (verba Andreæ Brunneri
elegantis Historici recito) Henri-
cus Reipublicæ hostis declaratus
Provinciā ejectus , & Passavii (alii
inter quos Hundius & Gewoldus,
Frisingam ponunt,) cum Abra-

Udalris
Emuli, &
inimici.

Punitio Ad-
versariorum
Udalrics.

Deo non prob. Mirac. ad D. Mater. &c. 139
mo suo consiliorum arbitro, obse-
sus in potestatem Ottonis venit,
inde Treviros (uti Annales nostri
habent, Brunnerus Trajectum ma-
vult, Raderus in sua Bavar. sancta
volum, 2. Corbejam & Inghemium
ponit) uterque captivus abductus,
procul à Bavaria exilium subiérunt,
simul atque occasionem melioris
mentis & pénitentia nocti sunt,
prout necessitas optimarum cogi-
tationum magistra & artifex esse
creditur, dum sapere homines eti-
am superbissimos docet, quos felix
ante fortuna sui nimios corrup-
rat.

Subinde ad totam posteritatem
memorabilis omnino res accidit.
Erat Duci Henrico inter Tutelares
Sanctos etiam D. Maternus, quem
præcipua Religione colebat, & car-
ceris sui Patronum multis precibus
advocabat, ut ejus auxilio charam
libertatē, turbis nuper amissam re-
cuperaret. Néque preces fuere ir-
ritæ:

*Apparitio
S. Materni
Episcopi, &
Miraculorum.*

ritæ; Nam haud multò pòst S. Maternus secundum quietem Henrici assistere visus est, expressis verbis monens, ut, si ipse, & Praeful Abrahamus, ceterique vinculis liberi esse cuperent, sequentia punctata stè jurarent, & ad promitterem. Primo Eberspergam supplices accederent, & ad D. Stephani Protomartyris, aram suas (D. Materni) Reliquias aræ illi inditas religiosi venerarentur; Secundo fradanum cum Udalrico Comite amicitiam sarcirent, & pacem componerent. Tertio negatam istantem tempore Templi Eberspergensis Consecrationem Abtahamus Antistes actutum promoveret; his, non aliis conditionibus ipsos libertate potituros Hæc Maternus: neque in vanum Dicta Sancti coronavit eventus: ambo quippe custodiâ præter spem foluti rectâ Eberspergam concessere, ibidemque ad aram prostrati fideli D. Materno liberarunt, licet post illi minio

*Liberatio
Captivorum
Principum
mirabilium.*

miniò recrudescētibus, ut sit, malè obductis cicatricibus, & odio in speciem duntaxat emendato, rursus Ottonem veriti ambo ad Carinthios profugerint. Abrahamus nihilominus loci Ordinarius, ut vocant, exemplò Udalrico Comiti copiam fecit, advocandi, unde vellet, Episcopum, qui sacrī titib⁹ Eberspergensem Ecclesiam dedicaret. Acceptā potestate latus Udalricus primarios viros Salisburgum alegavit, qui Fridericum ejus loci Archiepiscopum, quantā possent, veneratione convenienter, suōque nomine rogarent, ut Ecclesiam miris jam celebrem, sed ne cdum solenniter Sacram dedicare ex more dignaretur. Adfuit in tempore ipse Archiepiscopus Fridericus, & templum magnā omnium gratulatione in honorem SS. Trinitatis, sub tutela S. Sebastiani Martyris, tanquam Patroni Primarii solenniter consecravit XIII, Calendas Februarii,

*Consecratio
Templi Eber-
spergenſis*

¶42. *Richardis Visio. Mortis ejus Significatio*
bruarii, ipso D. Sebastiani perviglio, quam deinde Sponsam suam
ceu jam ornatam Viro suo, Udalricus Comes Religiosissimus non
continuâ dote ornare non dubitavit, attributis eidem pluribus pa-
diis, silvis & pascuis, ne quida magnificantiam Divini cultûs d-
esset: quod solent liberales mendicant in terra manum utiliter pro-
tiosam Superis porrigunt, ut eadem ab ijs recipient.

§. IV.

RICHARDIS UDALRICI CONJUGIS MIRA VISIO MORTIS EIDEM IMMINENTI FACTA SIGNIFICATIO. FUNDATA AB EA ELEEMOSYNA PER- PETUA. MORS SANCTE OBITA.

Dixi supra, in Richarde op-
mam Udalrico Conjugem ob-
tigisse, hoc est, parem pari, verba-
talem, quallem in muliere fortis

lomon vivis coloribus describit,
preciosum Viri Cimelium. Vitâ
multis annis sanctissimè actâ, sen-
tiebat Richardis, nescio quo inter-
no monitore, perquam diserto,
paulò post se moritaram: quare af-
fiduo maritum rogitabat, vellet ob-
rem magni momenti Eberspergam
secum concedere: Inchofi quippe,
unâ suarum Arcium, tunc residebat
Udalricus. Causam profectionis
cum ex Uxore requireret Comes,
aliam ex Richarde eliciebat nul-
lam, quam actu ipso visurum, quam
exqua ipsa peteret, & quam justa ex
causa: Nolebat enim verecunda
virtus sensa divinitus intellecta cla-
ro sermone ante tempus promere,
ne vel periculum alicujus gloriolæ
esset, vel intempestivo mortis nun-
tio maritum aliquo mœrore affice-
ret. Utrumque prudenter. Ac-
quievit Udalricus Conjugi: domi-
cilium transtulit, cum Richarde
Eberspergam rediit.

K

Por-

*Apparitio
B. Virginis
mira.*

Porrò Visio lectissimæ Matronæ quam è Cælo accepit, talis era Die quadam in solario æstivo præcul ab arbitris agebat Richardis mirabiliter nonnihil & subtrahit cùm repente videt sibi Virginem stare pulcherrimam, niveis induitam perculit initio, ut fieri solet, non nihil repentina imago attonitam mox venustate suâ rapuit. Tantum animi non erat feminæ, prior alloqueretur hactenus nesciam, & ignotam Virginem. Cœtavit istius Majestas, illius reverentia: Cùm Virgo prior exorsa est, quid agis hîc, inquietabat, charactere Richardis? cur solam & tristem isthinc invenio? non decet te hanc color & animi habitus, utpote quae causam mœrendi non habes: Izquierdin potius animo esto; nam consolatum huc veni: ne pompa dubita, filia mea, fausta tibi de Calvina adsum; paulò post mecum eris; itineri te para; Satis vixisti

cop.

Fundata ab ea Eleemos. perpet. Mors S. 145

convasa; de cetero nihil tibi jam
deest, præter Coronam virtutibus
tuis debitam, quām propediem ob-
præclara in S. Sebastianum, & D. Be-
neditum merita recipies. His di-
ctis Virgo disparuit, relietā quadam
in animo Richardis cælesti ambro-
siā.

Ab eo tempore tota oculis &
manibus in Cælum ferebatur Ri-
chardis, visionem verò nemini al-
teri, quām Patri à Confessionibus
& duabus intimis è gynæco fami-
liaribus recensebat, quia favores
cælestes, ceu thesaurum quempi-
am, clām habere & abscondere, si
non necessarium, certè consultum
reputabat. Subinde verò ad opera
Misericordiæ versa (uti tota erat ad
Charitatem proximi facta) immi-
nentem agonem suum conspicuis
virtutibus amplius exornare non
desistebat, cùm sciret, magnum
esse quæstum pietatis. Quare ad
supremas curas suas homines ma-

K 2 xime

146 Richardis Visio. Mortis ejus Significati

ximè pauperes & calamitosos per-
tinere rata, de mariti consensu, qu
& ipse spontè munificus in simili
ultra ferebatur, instrumentum al-
quod erigi curavit, quo sanciebat,
statim à morte sua, & deinceps a
nis singulis fundatione perpetua
Eberspergensium Bonorum possi-
toribus, quicunque lapsu tempora-
rum ij fuerint, larga eleemosyna
pauperes erogaretur. Porro stipendium
hujus inviolabilis lex & ordo his
erat: Sex modij farris circa festum
S. Georgii pinsuntor; ex ijs ob-
longi panes, ad modum rhombi,
quam possint plurimi, conficiuntur:
tum unus & alter porcus, ita
frusta conciditor: plures ovorum
centuriæ coquuntor: ex ijs pau-
res, suam quisque portionem, ac-
cipiunto. Hæc tabulis consignata
larginio durat Eberspergæ in ho-
ernam usque diem, sancteque era
amnum observatur, nisi quod suilla

Fundatio

Annuæ

Eleemosyna,

caro justis ex causis abrogata omit-
tatur, partim quia pia fundatrix eam
liberam ut plurimum reliquerit ;
partim quia cum tempore apud cre-
dulum vulgus superstitionis quidam
usus interveneret : nam modicum
carnis illius frustillum , ceu prodi-
giosa quedam materia , quasi nescio
quam virtutem & medicinam con-
tra febres, aliisque pecorum homi-
numque morbos contineret , ma-
gno quandoque pretio passim in
remotiores etiam partes divende-
batur. Hæc nundinatio & abusus
ut tolleretur , portio illa carnium
ampliore panum , ovorumque nu-
mero ritè compensata est. Ante-
quam autem hæc eleemosyna di-
stribuatur , è cathedris anteceden-
ter promulgatur , & quicquid ege-
nis dividitur , consueto Ecclesiæ ritu
à Sacerdote benedicitur. Accur-
rit subinde ingens pauperum agmē,
ut duo quandoque millia numeren-
tur , & quod excurrit. His pro-

K 3

vidē

¶ 48 Richardis Visio. Mortis ejus Significat

vidè constitutis pia mulier in morte
incidit, quem ipsa non minore am-
mi lætitiam exceptit, quam robusta
patientiam tulit. Atque haec
causa fuit Eberspergensis itineris
quod tantis precibus urgebat, ut
ter Religiosorum hominum bu-
chia & hortamenta ex hac vita
cederet paratior, moreretur fe-
rior. Ita Sacris omnibus ritu
eternitatem munita, in Calix
quod suaviter invitata erat, ab illis
Calendas Maij Año Christi M.X.
Elata est inter gemitus & suspiria
pauperum, qui uti matrem plange-
bant, honorifice condita in me-
Nave, ut vocant, seu umbilico
eclissæ Eberspergensis, ubi eius
num Sepulcrum ejus & Mariae
superinducto magnifico ex calice
marmore Mausoleo visitur, cui
descriptionem infra suo loco dabo.

Quam pretiosa autem in conspi-
ctu Dei pientissimæ Principis mo-
ribus

Mors sancta
Richardis
Conjugis
Vdalrici.

fuerit, multa suadent argumenta:
vita in primis virtutum plena, mitis
in pauperes animus & liberalis, ma-
nifesta DEI parentis visio & ad Cœ-
lum humanissima invitatio, præ-
gustus quidam felicis immortalita-
tis à viva etiamnum acceptus, he-
roica morbi toleratio, præparatio
ad mortem sanctissima, horæ su-
premæ prænotio, mors ipsa inter
divina solatia pacatissimè obita.
Nobis hoc loco sufficiat, ipsam, &
Udalricum pientissimum Conjugé,
ambos à Matthæo Radero in Bavar.
Pia, quæ Sanctis proxima est, inter
Bojariæ lumina & lucidas stellas in
Provinciae illius Firmamento col-

locari. Nos ad Udalricum
revertamur.



§. V.

RELIQUA VITA UDALRICI COMITIS REVELATI
EIDEM FACTA DE STEMMA
SUO NON DIU SUPERFUTURO
EIUS SUPREMA ADHORTATIO
AD FILIOS ET CONSANGUINEOS
HABITA. DATA SUPREMA MOR
NITA. MORS PIA.

*P*rogenuit Udalricus ex R
charde Conjuge sua liberos
filios duos Adalberonem III.
Eberhardum II. filias quatuor,
qua
rum nomina cū fastis non fac
sint prodita , consulto omittimus
Hæc numerosa licet proles & tan
patre digna cum gaudio esse debu
isset , fuit potius dolori, non qui
degener, sed quod non futura es
set diuturna: præsenserat enim vi
bonus interno quodam instinctu
dein etiam virorum sanctorum pra
monitione , de qua supra facta el
mentio , totam masculam lineam

*Revelatio de
extinctione
Stem & li
nea Sem
ptenfis.*

dū superfūt: Supr. ad filios monita. 151
non multò post interitūram, nec
gentis suæ lam padem diu posthac
mundo arsuram. Idipsum vix non
oculis intuebatur: nam, quam Ad-
álbero III. natu major Conjugem
duxerat Richlindem, seu Richil-
dem, sterilis erat, Eberhardi verò
secundò geniti proles, quam ex
Adelhaide, nobilissimā Saxone ge-
nuerat, tres filij omnes in tenera
estate & adolescentia ante diem fa-
tis concesserunt, nec spes erat al-
terius prolis. Hæc optimo parenti
ingens animi spina erat, quam ta-
men plenus magnarum cogitatio-
num Deo acceptam tulit, suisq; pec-
catis imputavit. Adcò totus ex DEI
voluntate pendebat, ut etiam totam
Semptensium stirpem ei cæsam vel-
let, perinde uti Abraham suum Isa-
cum tenerè licet adamatum, & uni-
cè charum.

Memorant vetustæ tabulæ no-
stræ, mortuâ Uxore Richardæ, Udal-
ticum usque adcò mundo, per se

K 5 insul-

Udalrici
pium pre-
positum.

152. *Vdal. Cō. Vita Revel. de ejus Stemm.*
in sulso & insipido, extitisse saturum
ut secum statuerit, totum se Di-
tradere, pecuniam omnem in pa-
peres distribuere & sacris domiciliis
addicere, nec non exemplo Had-
mundæ Sororis suæ religiosissimi
peregrè in Palæstinam proficiens
ibique reliquam vitam obsequi
pauperum totam quantum impo-
dere, imò mancipare. Et re ver-
tam arduum consilium executionis
mandaturus fuerat, nisi ab Aldo-
géro celebris Sanctitatis Viro & aliis
Dei nomine, aliter fuisset infla-
ctus. Egit tamen quod potuit; nam
à morte Conjugis severâ lege no-
modò omni ciborum & potius la-
titiâ, verùm etiam ipsis carnibus
sibi interdixit; venationibus potius
& aucupiis (honestissimis Nobil-
um excursionibus) ceterisq; mun-
exultantis latitiis prorsus abstinuit
nonnisi cælestibus bonis totâ ter-
altioribus eximiè affici visus. Unde
néque oculo sinistro, quo gravite-

laborabat, medicinam ullam, aut levamen adhibere volebat, cum Apostolo dictitans, tunc se, cùm infirmaretur, potentem esse; híc se ubi & secari malle, modo ibi felix aliquando evadat; híc ærumnarum vallem ac fentinam, ibi gaudiorum Patriam fore; eo se unicè anhelare, cetera flocci sibi esse, tanquam volatrica & evanida.

Talius vir desideriorum cùm esset Udalricus, ea tamen magis magisque velut accedente perito vento, & fortí halitu inflamata sunt Guntheri viri sancti, & quarti, uti dictum est, PP. Canonicorum D. Augustini híc loci Præpositi, pio secretóque colloquio. Is ex sua Eremo Dei jussu, ut fas est credere, nonnihil digressus Udalricum adiit, & quæ Dei voluntas esset, dicitissimè docuit, in primis futurum, ut non post multos años Stirps tota Semptensium terris subducatur, exinde Bona familiæ post Adalberonis

154 *Vdal. Cō. Vita Revel. de ejus Stib.*
nis è vita discessum in alienas & n
paces manus deventura, prædia &
Arces fædè laceratum & distractum
iri: proinde mature p̄spiceret,
testamento caveret Udalricus,
quid Deo & D. Sebastiano loci ho
redi periit. Hæc ille, Gratum ha
buit Viri sancti consilium Udalricu
& Deum ex colloquio ratus, qu
erat in Superos Religione, nū
omnino eorum prætermittere su
tuit, quæ plū, quām humano on
culo suggerebantur.

Subinde cùm ætate proiecta
vix non decrepiti Senis valetudo
multis asperis erudita, in dies de
terior fieret, convocatis filiis & co
gnatis, natu maximo Adalberon
Eberspergense Castrum, omnēmo
reliquam Semptæ ditionem tra
dit, eâ tamen lege & conditione
ut, casu quo ipse, & Vxores, cer
tique fratres absque prole deceda
rent, tota amplissima hereditas De
in primis & S. Sebastiano in suam ce
deret.

dia superfut: Supr. ad filios monita. 155
deret. Oratio porro optimi patris
suos ultimum alloquentis hæc erat:
Advocavi ad me , inquietabat, vos
chara viscera mea, filios meos , &
filias, cognatos & consanguineos,
quos animo meo fero intimos , ut
patris vestri ultimam voluntatem
intelligatis , dum licet, & tempus
est: Scitis, quâ ætate sum , in qua
precarium & omnium horarum spi-
ritum ducimus, quorquot senes su-
mus: Octogenarius propè sum, &
in eo articulo jam versor , in quo
terum omnium humilium ac ter-
renarum non tantum tædio, verùm
etiam supinâ nauseâ labore: ea
siquidem tempora ingruere video,
in quibus nec vivere delectat, nec
prodest: ingemui equidem hacte-
nus, uti ipsi scitis , sæpe sæpiùs ex eo
capite, quòd nullam mihi ex vobis
stabilem prolem & stirpis propa-
gationem, ac seros nepotes polli-
ceri possem , & ob id ardentibus
votis & precibus Deo, & Divo Se-
bastia-

*Ultima
Vulnus ad
filios Oratio.
& allocutio*

158 Vdal. C. Vita Revel. de ejus Steth.
bastiano meo supplicavi multoties
at nunc ijsdem immortales gratia
ago, agamque deinceps, quod non
sum auditus: revoco habitam an-
tchac sententiam meam & damna-
nam, uti video, bene nobis & fa-
miliæ nostræ Superi volunt: tem-
pora enim in peius eunt; Succes-
dunt, uti ipsimet cernitis, antiquæ
candori nostro quæsitæ & ingeniæ
fraudes, strophæ, & fallacizæ, quæ
causa sunt; ut vel ignominiosè &
vere, vel injustè agere quemvis
ferè sit necesse: moribus sequi
non majorum nostrorum regimur
dilatamus passim nomen nostrum
per fas & nefas, augemus popu-
lum, gentem & opes nostras, non
propterea magnificamus lati-
tiam; Regulis mundi vivimus, ne
ad rationes æternas nostra compa-
nimus: hæc ingentia damna
movent, ut posteritate carere, quam
vitiosa gaudere malim: quamdi-
Romani Principes, rerum porti-

imperarunt, in reverentia leges
fuere; omnia sancte, omnia mo-
derate gerebantur; Nemini impu-
nè licebat esse improbo; Regno à
Romanis ad nos translato, Sigeber-
tus & Theodoricus, & postea Caro-
lus jura dictare cœperunt, quæ si
Nobilium aliquis, aut illustrium
nōsse, aut discere neglexisset, sum-
mo id illi probro & dedecori fuisset
apud omnes, nunc magistris illis
extinctis, dum non est, qui requi-
rat, sua unicuique lex propria opi-
nio evasit; idque vitio educationis
& parentum maximè culpā accidit,
qui filios suos non ad scholas Justi-
tiae mittunt, sed legum rudes ma-
gis ad mundi placita, quam DEI ti-
morem assuefaciunt, magis ad lu-
xum & pompam, quam avitam me-
diocritatem formant, ad dolos po-
tiūs & versutias, quam ingenuam
simplicitatem, magis ad inertiam
& putre otium, quam industriam
& honestas artes manuducunt;

undē

unde continget paulò pōst, ut in
valescentibus perditissimis mon-
bus, & spissâ rerum ignorantia w-
ráque Justitiâ (legitimâ Regnru-
dominâ & Præside) Provinci-
postliminiò exactâ, & in exilio
relegatâ, successura sit crudelit
oppressiones pauperum , violent
pecuniarum emunctiones, versuri
& calumniæ, ac id genus mala fer-
centa: Hæc justo Deo magis qua-
ror, quam hominibus , in quib
exiguam spem collocō, remedia v-
rò ut plurimùm sera, & infra (21-
ratem esse reor : quæ cùm omni
clarè prævideam, fili mi Adalberu-
monitum te & meo in primis exem-
plu, & tuâ quoque utilitate cupio
ut vitam tuam ijs regulis institua-
átq; perficias, quarum te nunqua
pænitere possit ac debeat, ad quod
plurimùm tibi proderit, ut tuis co-
tentus aliena non appetas, & virtut
magis, quam pompâ , aut ostenta-
tione mundo innotescere velis

*Ultima
Udalrici
monita.*

Néque enim opes præcisè ad spe-
ctaculum tibi datæ sunt, sed potius,
ut exemplo Majorum tuorum ad
ornandam Religionem, & publi-
cam utilitatem eas conferas; quo
maximè fine tibi totum meum, ma-
jorūmque meorum patrimonium
ex hac hora consigno, cā rāmen ad-
ditā voluntatis meæ declaratio[n]e,
ut, si fortè te, tuosque, & totam
familia absque prole defungi con-
tigerit, hoc nostrum, quod in Bo-
jaria habemus, peculium, ad D[omi]num
potius, à quo accepimus, tanquam
ad fontem, redeat, quām in alie-
nas manus perveniat: Sic volo, sic
opro, néque te, fili, tam æquis po-
stulatis refragaturum spero: huic
paternæ voluntati ubi subscripteris,
non erit, quod me porrò in hac vita
moretur; hæc summa votorum
meorum est, quibus nihil adje-
ctum, nihil demptum volo: clau-
dam exinde libenter oculos meos
in mortem, & cum Sancto illo sene-

L di-

160 *Vdal. Cō. Vita. Revel. de ejus Stem.* nū
dicam : Nunc dimitis servum tu-
um in pace ! de reliquo post mor-
tem , quæ diu abesse non potest
commendo animam meam pre-
bus tuis ; Corpus verò hoc luteum
matri suæ , hoc est , terræ , de qua
sumptum est , reddas , velim ; ju-
ta Richardem meam me sepelia
idem qui in vita thorus noster fu-
post mortem tumulus esto , quo
superest , filii & cognati mei , Deum
semper amate super omnia pres-
sum , pacem inter vos colite ; ne
quæso , Regi vestro unquam rebe-
letis , sed , quam debetis ipsi obedi-
entiam , & fidelitatem præsteritis
nec tamen propterea familiaritate
nimiâ eum facile ad domos vestras
Arces & Prædia invitatis , nisi ho-
norem , opes , & gloriam male per-
dere , aut certè de illis periclitare
velitis : modestiam denique & pa-
ratatem in omnibus vestris adhibe-
atis enim duobus momentis omni-
potestas consistit ; modestia qui-

din superfut: Supr. ad filios monita. 161

dem, ne in homines insurgat; pie-
tate verò, ne DEUM offendat. Cur
hæc loquar, scio, quorum omnium
post mortem meam sæpiùs vos me-
mores fuisse juvabit: valete.

Hæc erant Udalrici monita, post
quæ Cælo in dies maturior, senio
confectus & lecto semper affixus
diem supremum obiit octogenar-
rius, sacris Ecclesiæ subsidiis mun-
itus, piissimèque inter Religiosorum
amplexus extinctus, quinto Idus
Maij Anno Christi M. XXIX. Heros
sanè non uno elogio dignus, vitæ
suæ Sanctitate, fortitudine bellicâ,
& Religione meritus, qui in omni-
um deinceps ætatum memoria vi-
vat, atque perennet, quem naturâ
immortalem in terris esse non sive-
rat. Corpus ejus in templo S. Se-
bastiani ad Richardem Conjugem,
uti pet èrat, appositum, ac honori-
fico tumulo illatum est.

Erat Udalricus, ut hæc quoque
jam dictis addam, Vir simplex & re-

L 2 etus,

*Sancta Mors
Udalrici Co-
mitis.*

*Udalrici
Elogium.*

etus , antiqui moris, nullis seculifuis,
aut dolis tinctus, & qui amantil
simus, Pater Patriæ, miles bello invi
etus, id, quod pluribus prœliis po
Rege feliciter gestis ostendere
Utriūsque fortunæ artifex prosp
ris non efferebatur , adversis no
deiiciebatur : In omnibus De
fibi statuerat ante oculos, in que
tanquam exemplar , intueretur, &
quo ipsi Regula agendorum nasc
batur facta ad principia cœlestium
luminum , & ingens quædam fide
cia firmis radicibus in Cælum fixa
Humanitate in omnes admirabili
usus nemini se negabat , quin po
tiùs obsequiis, & communi quadam
charitate affluebat, seu amicitia, si
necessitas Virum posceret: Adve
sarios suos patientiâ magis , qua
ostentatione virum fregit , quo
sanè poterat, cùm miles esset, gnu
rus , Virum patientem potioen
censi expugnatore Urbium ; si
quo quidem minimè timidum de
ostendere

ostendit, sed magnanimum, dum
humanum quidem reputavit, pati
invidiam & calumniam, vincere ve-
rò, divinum. Prudentia porrò ipsum
manuducebat in omnibus, ne quid
vel aggredetur sine mentis senatu,
vel temerè exequeretur; nihilque
antiquius ipsi fuit, quam amore &
benevolentia subditis se approbare,
non fastu, aut metu, qui malus of-
ficii custos habetur. Divini ho-
noris provehendi studiosissimus o-
mnia cetera huic uni puncto post-
habebat, quo omnes opes suas &
totum liberalitatis apparatum refe-
rebat, ut decorem Domus DEI &
sanctissimum Religionis nomen, ubi
ubi posset, amplificaret; unde pri-
mus Sacri & Incliti Ordinis D. Be-
nedicti introductor & Fundator
Eberspergæ esse meruit: quem
adeò defæcatum, sanumque de
cælestibus gustum non aliunde tra-
xit, quam ex rerum fluxarum assi-
dua meditatione; dignus proin,

L 3 quem

164 *Vdal. Cō. Vita. Revel. de ejus Stem.*
quem Cālum miris quibusdam ju-
varet, & claris etiam quandōque
signis adesset.

Supremus morbus, ceu Lydi
virtutis lapis, virum probavit. Ja-
cuit inter exhausti corporis dolens
& senectutis molestias divinæ vo-
luntatis victima, D̄eo tam plen-
consignatus, ut, si populo suo fore
adhuc necessarius, néque vivere
erubesceret ad exemplum cetero-
rum, neque mori formidareret
conscientiæ testimonium. qualem
etiam mors invēnit, & ad præmio-
magnæ virtutis ex hoc mundo avo-
cavit, placidissimōque somno
extinxit, ut supra dictum
est.



S. VI

§. VI.

ADALBERO II. FRATER
UDALRICI EBERSPERGENSIS,
MONASTERII KUEBACENSIS AD
BARUM FLUVIUM FUNDATOR.
UDALSCALCUS ALTER FRATER
EISUSDEM RESTAU-
RATOR.

H Abet generosus Sanguis ple-
rumque aliquid de Firma-
mento sibi nativum , ut , quemad-
modum illud innumeris stellis scin-
tillat , ita iste pluribus Illustribus
Heroibus fulgeat. Quandóque in-
tegra familia tota quanta bona &
pura est , nullâ generis sui maculâ
infuscata. Talis huc úsque Sem-
ptensium Comitum fuit , speciali
Numinis ut ita dicam , Privilegio
úsque adeò felix , ut nullum infa-
mem recenseret , aut generis sui
probrum. Omnes pii , plerique
etiam in Deum liberales , & inte-
grorum Cœnobiorum fundatores

*Laus Sem-
ptensium.
Comitum.*

L 4 exti-

166 Adalb. II. Monast. Kuebac. Fundat.
exitere, quorum in numero tan
nostræ tabulæ, quam præclaris Histo
rici Wigulæus, Hundius, Gewold
& Brunnerus collocant gemin
fratres Adalberonem, seu Alber
ne in II & Udalscalcum, opum si
rum sancte prodigos.

Kuebachii
Fundatores.

Jacet haud procul Baro fluvio
Aicham inter, & Schrobenhula
Urbes Bavariæ ferè medium Kü
bachium, vicus inter Bojos no
ignobilis. Hic loco peramoen
Adalbero Comes Monasteriū con
struxit in honorem S. Magni, u
ait Gewoldus *in aucta Metropolitana* W
igulæi Hundii Tomo 2. fol. 247. in e
que Sacratas Deo Virgines sub Re
gula S. Benedicti & Scholasticæ con
stituit, ratus, Semprense Aurum
nuspian melius splendere, quam in
templis, nullibi divitias rectius col
locari quam in Sacris Religiosorur
ædibus divino cultui destinatis, i
quibus vita à mortalibus ducitur
supra mortales, Angelis proxima

in summa corporis castimonia, &
animi supra resterrenas eminentia.
Extat Henrici Regis diploma Con-
firmationis dicti Monasterii datum
signatumque Reginoburgi VI. Ca-
lend. Julii Anno M. XI. quo gratiæ
& Privilegia Adalberoni Comiti,
ipsique Monasterio juxta Regulam
D. Benedicti facta continentur.

Porrò Adálbero Comes (qui tunc
Germaniæ Principum laudabilis ar-
dor erat Terram sanctam invisendi)
cùm & ipse sacro magnete tractus
eò trajecisset, inde postmodùm re-
dux in itinere morte occupatus fa-
tis concessit, quasi Legatione Salu-
tis ritè peractâ. Eo fatali nuntio
accepto Alberadis Comitissa Adal-
beronis Conjux repentino, ut sit,
mœrore perculta & ipsa obiit. Super-
stes verò optimorum parentum filia
unica Wilibiris, seu Wilburgis ap-
pellata, Sponsum Christum secuta
in eodem Monasterio, nuntio se-
culo remisso, monialem induit, &

Mors Adalberoni.

L 5 sub.

168 Adalb. II. Monast. Küebac. Fundat.
subinde in Abbatissam electa v
tam Religiosissimè clausit, hono
fico cum Matre Mausolæo condit
quod antiqui carminis rudem, pro
ea ferebant tempora, inscriptione
exhibit.

*Incendium
Monasterii.*

Interea verò cùm Adálbero
Palæstina ageret, dictum Monas
trium incendio correptum conse
in cineres, quod Udalscalcus Ad
beronis frater à præcelsis cog
tionibus nec ipse degener, ex
sto suo attollere, pulchrum ac fi
ternum ratus, postmodùm cu
Uxore sua Wittelespachia sumptu
suis restauravit. quo Anno ve
Udalscalcus cum sua in vivis el
desierit, monumentis nostris co
signatum non reperio, unáque le
torem ad citatum Gewoldum i
mitto, qui Bruschium hallucin
cum, scitè ostendit, & Sempræ C
mitibus loci fundationem
asserit.